



# NOS D. DR. BENVENUTUS MONZON ET MARTIN,


DEI ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA ARCHIEPISCOPUS GRANATENSIS, REGNI SENATOR, INSIGNIS  
AC REGALIS ORDINIS AMERICANI CATHOLICÆ ELISABETH MAGNA CRUCE DECORATUS, REGIUS CONCIONATOR AC  
CONSLIARIUS, ETC., ETC.

Dilecto Nobis in Christo *D. Francisco ab Avilio Ruia Polo, Pbro.  
nostro Cappellano*

salutem in Domino sempiternam. Cum Sacrosanctum Pœnitentiae Sacramentum unicum sit pro iis, qui post baptismum in peccata labuntur remedium, cuius rectâ et convenienti applicatione omnes etiam gravissimi animarum morbi curantur, nihil unquam magis optamus, quam ad tantum munus utiliter obeundum idoneos vitæ exemplo, rerum divinarum scientiâ, singularique discretione ministros semper habere. Quare te, his virtutibus satis ornatum judicantes, facultatem impertimus ad tempus *nogra voluntatis* — duraturam, ut in hac nostra Archidicecesi, sine juris parochialis prajudicio *honi. mulier et Moial* — confessiones audias, atque remedii congruentibus adhibitis, medicinalibusque et salutaribus pœnitentiis impositis, ab omnibus peccatis, præterquam Sancte Sedi, et Nobis, jure ac Synodo reservatis, absolvere possis, et absolvulas. Utere ergo potestate acceptâ ad ædificationem, non ad destructionem, ritè dispositos, atque in Religionis mysteriis benè instructos, absolutionem impendendo, indispositis et ignorantibus denegando, donec moralem de legitima dispositione sufficientique instructione certitudinem sis consecutus: cumque peccata radicis evelli oporteat, enixè jube atque instanter operare, ut si quas proximas occasiones, aut peccandi consuetudines inveteratas inveneris, omnes de medio tollantur et funditus eradicentur. Patientissimè omnium defectus sustine, eos benignè audiendo, non durius statim increpando, sed ad finem confessionis, si aliquando opus fuerit, potius differendo, ne loquentis memoriam perturbes, aut erubescient silentium imponas; ad animam coram Deo effundendam, qui Pater misericordiarum, verè contritis veniam promittit; ad morum reformationem, Sacramentorumque frequentiam semper hortando; etiamque generalium confessionum necessitatem ac profectum, cum juxta personarum circumstantias opportunum videatur, magnoperè commendando. Memento insuper te esse Judicem, Medicum et Magistrum. Quatenus Judge, ad te spectat reos absolvere vel ligare; reus ergo non sis, immò irreprehensibilem, et exemplum bonorum operum te ipsum præbe, et sit rectè judicabis: *A anima enim viri sancti enuntiat vera.* Ut Medicus, debes ægroti curam habere, salutaria remedia adhibendo, ut vulnera non legere sed sanare cures: *Superimponendo vinum et oleum vulneribus sauciati.* Ut Magister, sine acceptance personarum viscera charitatis omnibus exhibe, velut *si nutrix foveat filios suos.* Quae gravia munera non aliter rectè ac licet adimplebis, nisi uniuscunque offici scientiam habeas, ad quam adipiscendum studio et orationi vacare oportet: et si quid arduum vel difficile inveneris, in quo decernendo sis hesitans, absolutionem differto, donec pœnitentis veniâ sapientiores consulas. Inviolabile confessionis sigillum perpetuò serva, ne irremissibiles poenas à sacris Canonibus inficias subeas; semperque summoperè cave, ne dum alios à peccatorum laqueis liberare curas, te infelicer implices. Præterea, Constitutiones Apostolicas, præcipue verò Benedicti XIV Pontificis Maximi, incipientes: *Sacramentum Pœnitentia*, kalendis Junii anno 1741, *Apostolici muneri*, sexto idus Februarii 1743, et *Apostolici ministerii*, octavo idus Decembri 1749, adversus sollicitantes, venereum complicem, et signillistas editas, necnon propositiones à Summis Pontificibus Clemente VIII, Alexandro VII, Innocentio XI et Alexandro VIII damnatas pre oculis habe. Et præsertim serio præcipimus, ne in privatis domibus, nec in earum privatis Oratoriis, Sanctum Sacramentum administres nisi gravi coactus necessitate, et tunc januis cubiculi aperti; neque mulieribus in ecclesiis, extra confessionale cum cancellis loco publico positum, nunquam vero ipsas ante solis ortum nec post occasum. In reliquo pro tua prudentia et juxta canonicas sanctiones recte gesturum speramus, non temetipsum sed majorem Dei gloriam et animarum salutem perquam diligenter querendo. Tandem, in omnibus ita age, ut nec Nos de facultate tibi concessa unquam pœniteat, nec tu, ea male utendo, iram Domini provoces, sed potius eternam remunerationem, quam tibi valde efficaciter et amanter adprecamur, ritè ministrando accipias. Datis *xxviiia die octavae*  
*Maia anno millesimo octingentesimo sexagesimo septuino.*

*Valeat etiam ad concionandum, et faciat. Missa  
Sacrif. pingued. ne a non pro cassib. reservat.  
Pjiodal. absolvend.*

*Benvenutus. Archiepiscopus Granatensis.*



LICENTIA CONFESIONES AUDIENDI.

Exemi. ac Illni. Dñi. mei Archiepiscopi mandato.

*Maymunday motua  
sec.*


Reg. lib. 7º fol. 20.

ARTICULI IN CASUS RESERVATI.

1. Perjurium cum notabili factum.
2. Absolutio majoris excommunicatus.
3. Decimarum primitiarumque teatiorum.
4. Manus violentas in clericum impetrare. Papæ non est reservatum.
5. Votorum atque juramentorum dispensatio.
6. Incertorum bonorum retenzione.
7. Ecclesiasticæ immunitatis a libertate voluntaria.
8. Dispensatio ad debitum per simplex castitatis aut religionis ei contraxit.
9. Blasphemia publica.
10. Magia vel incantatio.
11. Homicidium voluntarium.
12. Copula cum moniali professa.
13. Incestus in primo atque in secundo gradu consanguinitatis; necnon in primo et secundo gradu affinitatis, ortæ ex copula licita vel illicita.
14. Sodomia et bestialitas.
15. Scripturarum falsificatio.
16. Incendium ex industria patratum.




7 400 40 Safia  
MADE IN SPAIN



## CASUS RESERVATI.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Perjurium cum notabili proximi damno in judicio factum.<br>2. Absolutio majoris excommunicationis.<br>3. Decimarum primitiarumque retentio.<br>4. Manus violentas in clericum injicere, cum hoc peccatum Papæ non est reservatum.<br>5. Votorum atque juramentorum dispensatio.<br>6. Incertorum bonorum retentio.<br>7. Ecclesiasticæ immunitatis ac libertatis violatio.<br>8. Dispensatio ad debitum petendum ei concessa qui, post simplex castitatis aut religionis emissum votum, matrimonium contraxit. | 9. Blaspemia publica.<br>10. Magia vel incantatio.<br>11. Homicidium voluntarium.<br>12. Copula cum moniali professa.<br>13. Incestus in primo atque in secundo gradu consanguinitatis; necnon in primo et secundo gradu affinitatis, ortæ ex copula licita vel illicita.<br>14. Sodomia et bestialitas.<br>15. Scripturarum falsificatio.<br>16. Incendium ex industria patratum. |
|---|--|



LCSO-22(116)

111872450

0  
001  
071  
(36)

